Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



10.

oroz mea: non in labijs dolosis. De
vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi
tui videant equitates. Probasti cor
meum et visitasti nocte: igne examina
sti et non est inuenta in me iniquitas.
Ut non loquat os meum opera hoim:
propter verba labiorum tuorum ego custodiui
vias duras. Perfice gressus meos
in semitis tuis: vt non mouentur ves
tigia mea. Ego clamaui quoniam exaudi
sti me deus: inclina aurem tuam mihi et
exaudi verba mea. Mirifica miseri
cordias tuas: qui saluos facis speran
tes in te. A resistentibus dextere tue:
custodi me vt pupillam oculi. Sub um
bra alarum tuarum protege me: a facie
impiorum qui me afflixerunt. Inimici
mei animam meam circumdederunt adipem
suum conclusserunt: os eorum locutum est
superbiam. Proicientes me nunc circum
dederunt me: oculos suos statuerunt de
clinare in terram: Suscepterunt me sicut
leo paratus ad predam: et sicut catulus leonis
habitans in abditis. Exurge domine pre